

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Humilitas ad  
cum fontibus primis

Bona humilitas,  
que et in presenti ab huius mordacibus curis mentem facit esse quietam,  
et a minacibus penis in futuro securam reddit conscientiam.

Bona humilitas,  
quae et in praesentiarum ab huiusmodi mordacibus curis mentem facit esse quietam,  
et a minacibus poenis in futuro securam reddit conscientiam.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistula de moribus et officio episcoporum*, 30 (SBO 7,  
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.125, ll.3-5).

Humiliacio uia est ad humilitatem sicut pacienza ad pacem,  
sicut lectio ad scienciam.  
Si ergo uirtutem appetis humilitatis, uiam non refugias humiliacionis.

Siquidem humiliatio via est ad humilitatem, sicut patientia ad pacem,  
sicut lectio ad scientiam.  
Si virtutem appetis humilitatis, viam non refugias humiliationis.  
Nam si non pateris humiliari, non poteris ad humilitatem provehi.  
Prodest itaque mihi meam insipientiam sciri, et a scientibus iure confundi,  
cui saepe contigit a nescientibus iniuste laudari.  
Terret me Apostolus, qui et ipse territus dicit:

PARCO AUTEM, NE QUIS ME EXISTIMET SUPRA ID QUOD VIDET IN ME, AUT AUDIT ALIQUID EX ME.  
Quam pulchre dixit: PARCO.

Non parcit sibi arrogans, non parcit sibi superbus,  
non cupidus vanae gloriae et iactator actuum suorum,  
qui vel sibi arrogat quod est, vel mentitur de se quod non est.

Solus qui vere humilis est parcit animae sue, qui ne putetur quod non est,  
semper quantum in se est, vult nesciri quod est.

Solus qui uere humilis est, parcit anime sue, qui ne putetur quod non est,  
semper quantum in se est, vult nesciri quod est.

Bernardus ibidem (in epistola).

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 87.11 (SBO 8, J. Leclercq, C.H. Talbot,  
H.M. Rochais eds., pp.230-1, ll.20-27, 1-3).